

qui præficiunt, extra eam, quæ præest, loqui virginibus Christi aliquid, quod ad institutionem earum pertineat, licebit: neque cum ea sola, quæ præest, frequenter eos loqui oportet: sed sub testimonio duarum, vel trium fororum: ita ut rara sit accessio, & brevis omnino locutio.

¶ CORR. ROM. & Inquisitionem.] Sic legitur in vetustis Gratiani codicibus, & in antiquioribus Conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis: in recentioribus autem Colonienfis, quod ad institutionem morum non pertineat.

GRATIAN. 9. Pars. 2. PROHIBENTUR etiam Sanctimonialia propria receptacula habere. Unde

XXV. INNOCENTIUS II. in Concilio Romæ habito, c. 26. & 27. [an. 1139. Romæ.] Sanctimonialibus receptacula, seu domicilia privata habere non licet.

¶ Perniciosam, & detestabilem consuetudinem quarundam mulierum (quæ licet neque secundum Regulam Beati Benedicti, neque Basilii, aut Augustini vivant: Sanctimonialia tamen vulgo censeri desiderant) aboleri decernimus. Cum enim juxta Regulam a degentes in Cœnobitis, tam in Ecclesia, quam in Refectorio, atque Dormitorio communiter esse debeant: propria sibi ædificant receptacula, & privata domicilia: in quibus sub hospitalitatis velamine passim hospites, & minus religiosos contra sacros Canones, & bonos mores suscipere nullatenus erubescunt. Quia ergo omnis, qui male agit, odit lucem, ac per hoc ipse abcondit in iustorum tabernaculo se opinatur posse latere oculos Judicis cuncta cernentis, hoc tam inhonestum, detestandumque flagitium, ne ulterius fiat omnimodis prohibemus, & sub poena anathematis interdicimus. §. 1. Simili modo prohibemus, ne Sanctimonialia simul cum Canonicis, vel Monachis in Ecclesia in uno choro conveniant ad psallendum.

¶ CORR. ROM. & Regulam.] In vulgatis sequebatur, S. Benedicti: cum tamen paulo superius aliam etiam Regulam sit facta mentio. Quare inductæ sunt istæ voces auctoritate veterum Codicum, & ipsius Concilii: ex quo etiam alia nonnulla sunt emendata.

GRATIAN. 10. Pars. 1. Item sunt alii, quos Episcopi prægravantes, salutem animarum negligunt, quibuslibet occasionebus bona Monasteriorum distrahunt cupiunt. Tales erant quidam Clerici Ravennatis Ecclesie: qui simulata religione Monasteriis cupiebant præfari, non transientes ad Monasterium habitum, neque remanentes Ecclesiasticæ militiæ. De quibus scribit

XXVI. GREGORIUS Joanni Ravennati Episcopo, lib. 4. Epist. 1. [an. 594. Romæ in Flaminiam.]

Monasteria, Clericorum aut Laicorum habitacula fieri non debent.

¶ Ansel. 1. 5. c. 64. Ivo, p. 3. c. 18. Polye. 1. 3. tit. 15. Sup. xvi. q. 1. nemo. Pervenit ad me, quod in Ecclesia Fraternitatis tuæ aliqua loca dudum Monasteriis consecrata, nunc habitacula aut Clericorum, aut etiam Laicorum facta sunt: dumque hi, qui sunt in Ecclesiis, fingunt se religiose vivere; Monasteriis præponi appetunt: & per eorum vitam Monasteria destruantur. Nemo enim potest Ecclesiasticis officiis, & infra. Proinde Fraternitas tua, hoc, quolibet in loco factum sit, emendare festinet: quia ego nullo modo patior, ut sacra loca per Clericorum ambitum destruantur.

XXVII. IDEM Marignano Episcopo Ravennati, lib. 6. Epist. 40. five c. 204. [an. 597. Romæ in Flaminiam.]

Qui in sacro Ordine sunt constituti, in Monasteriis nullam habeant potestatem.

¶ Polye. 1. 5. c. 65. Ansel. 1. 5. c. 65. DUDUM ad nos multorum relatione pervenerat, Monasteria in Ravennate partibus constituta omnino Clericorum vestrorum dominio prægravari: ita ut occasione quasi regiminis ea (quod dici grave est) velut in proprietate possideant. Quibus non modicum condolentes Decessori vestro Epistolam misimus, ut hoc per omnia emendare debuisset. Sed quoniam vitæ est terminus citius occupatus, ne hoc onus Monasteriis remaneret, Fraternitati vestræ hæc eadem nos scripsisse recolimus. Et quia, ut comperimus, in hujus rei hactenus correctione cessatum est: hæc ad vos iterum prævidimus scripta dirigere. Hortamur ergo, ut omni mora, omnique excusatione submota, ita Monasteria ipsa ab hujusmodi studeatis gravamine relevare: quatenus nullam deinceps in eis Clerici, vel ii, qui sunt in sacro Ordine constituti ob aliud (nisi hortandi a tantummodo causa) accedendi habeant licentiam: aut si forte ad peragenda sacra Missarum fuerint invitati mysteria. Sed ne per cuslibet Monachi, aut Abbatis promotione, & infra. Nec illic ulterius habeat potestatem aliquam: ne Monasteria hujus occasionis velamine ea, quæ prohibemus, sustinere onera compellantur. Hæc itaque omnia vigilantia cura emendare jam secundo commonita Sanctitas vestra non differat: ne, si post hæc negligentes vos esse (quod non credimus) senserimus: aliter Monasteriorum quieti propi-

cere compellamur. Nam notum vobis sit, quia tante necessitati fervorem Dei congregationem amplius subjacere non patimur.

¶ CORR. ROM. & Hortandi.] In originali impresso, & manuscripto legitur, orandi. Sed ob Glossam, & quia in sequenti Capite est vox, exhortandi, non est mutatum. Alia verò sunt emendata.

¶ Prohibemus.] In vulgatis sequebatur, simul cum Canonicis, & Monachis in Ecclesia: quæ sublatæ sunt auctoritate originalis, & duorum Gratiani exemplarium.

XXVIII. IDEM eidem, lib. 7. ind. 1. Epist. 18. [an. 598. Romæ in Flaminiam.]

Causa visitandi, & exhortandi Monasterium Episcopus adire potest.

¶ Visitandi, exhortandi ad Monasterium, quoties placuerit, ab Antistite civitatis accedatur: sed sic charitatis officium illic Episcopus impleat, ut gravamen aliquod Monasterium non incurat.

XXIX. IDEM ex CONCILIO AURELIANENSI. [forte an. 511. in Gallia.]

Frequenter Episcopi Monasteria visitant & quæ corrigenda sunt, corrigant.

¶ Non semel, sed sæpius in anno Episcopi visitent Monasteria Monachorum: & si aliquid corrigendum fuerit, corrigatur.

¶ CORR. ROM.] Hoc Caput apud Burchardum, & Ivo nem est infertum Capit. Abbas, supra, ead. ut ibi notatum est: simile quiddam habetur in Pannormia ex Concilio Rotomagensi, lib. 3. c. 215.

¶ Pro talibus, qui animarum curam non habentes, bona tamen Monasteriorum in suos usus convertere cupiebant, statutum est, ut Monasteria cum suis rebus penitus sint libera a potestate & dominio Episcoporum. Quod autem nullis Canonicis iuribus Monasteria dicuntur esse subiecta, non ita intelligendum est, quin ipsi Episcopo aliquid nomine Eulogiæ, vel in die Dedicationis, vel in Natali Sanctorum, quorum nomine ipsum Monasterium dedicatum est, debeat offerri. Unde ait

XXX. PELAGIUS a Papa. [c. an. 557. Romæ.]

Non debet Episcopus aliquid a Monasterio exigere, præter conditiones, quæ Dedicationis tempore constitutæ sunt.

¶ Leutherius frater, & Cœpiscopus noster queritur, quod mater ejus in casa, quæ Castellum dicitur, Oratorium construxerit, ac dedicaverit, & in eodem loco Monachos constituerit, ex quibus unus est Presbyter. Hoc autem tempore Dedicationis inter Episcopum Cardellum (cujus ipsa diocesis est) & matrem suam asserit convenisse, ut quiddam Dedicationis, vel Natalis Martyrum die, quorum in eodem Monasterio reliquæ sunt, per Fidelium oblationes intraverit; medietatem quidem habeat ipsum Monasterium, medietas autem Episcopo offeratur. Contra quam conventionem Marium Presbyterum (sive sciente, sive nesciente Episcopo) Monachis ipsis, vel Presbytero, qui ex eis est, vim dicitur intulisse, & frequenter molestias generare, ita ut memoratum Presbyterum propè ceciderit, & Missas cum facere nullo modo permitat: dicens, ut quasi pensionis nomine aliquid statueret debeat. Hæc igitur omnia diligenter te examinare jubemus: & si apud te evidenti ratione constiterit; quia tempore, quo dedicatum est ipsum Monasterium, conditiones superius posite convenerint: servari eas ex nostra auctoritate præcipimus: nec aliquid amplius exinde ab aliquo exigatur. Si vero nil tale constiterit; mediante te quid Episcopo ipsi nomine Eulogiæ offerri debeat, inter ipsos Monachos, & Presbyterum volumus definiri: salvo tamen eo, ut Presbyter Gaudentius, qui etiam Monachus est, Missas in Monasterio suo, sicut consuevit, facere a nullo ulterius debeat prohiberi.

¶ CORR. ROM. & Pelagius.] Antea legebatur, Gelasius. Mutatum est ex Polycarpo, & quia supra dist. 91. c. Eleutherius, alia pars hujusmodi Epistolæ citatur ex Pelagio: & Anselmus, qui hoc & illud Caput conjunctè affert, Pelagio tribuit.

XXXI. IDEM URBANUS II. [imò Calixtus II. an. 1123. Romæ.]

Consuetudine servitia Episcopis Monasteria exhibeant.

¶ Servitium, quod Monasteria, aut eorum Ecclesiæ a tempore Gregorii septimi usque ad hoc tempus fecerunt, & nos concedimus.

¶ CANONICA ergo jura, quibus Monasteria subiecta non sunt, Synodales exactiones intelliguntur. Non enim cogendus est Abbas (sicut in Concilio Turonico statutum) ad Synodum ire, nisi aliqua rationabilis causa existat. Sunt etiam quedam servitutis officia, ut angariæ operum, crebra receptiones, annuæ exactiones, multationes peccantium, a quibus omnibus Monasteria libera sunt.

GRATIAN. 11. Pars. 7. Ivo, p. 7. c. 14.

GRATIAN. 12. Pars. 12. Pars. 12.

GRATIAN. 13. Pars. 13. Pars. 13.

GRATIAN. 14. Pars. 14. Pars. 14.

GRATIAN. 15. Pars. 15. Pars. 15.

GRATIAN. 16. Pars. 16. Pars. 16.

GRATIAN. 17. Pars. 17. Pars. 17.

GRATIAN. 18. Pars. 18. Pars. 18.

GRATIAN. 19. Pars. 19. Pars. 19.

GRATIAN. 20. Pars. 20. Pars. 20.

GRATIAN. 21. Pars. 21. Pars. 21.

GRATIAN. 22. Pars. 22. Pars. 22.

GRATIAN. 23. Pars. 23. Pars. 23.

GRATIAN. 24. Pars. 24. Pars. 24.

GRATIAN. 25. Pars. 25. Pars. 25.

GRATIAN. 26. Pars. 26. Pars. 26.

GRATIAN. 27. Pars. 27. Pars. 27.

GRATIAN. 28. Pars. 28. Pars. 28.

GRATIAN. 29. Pars. 29. Pars. 29.

GRATIAN. 30. Pars. 30. Pars. 30.

GRATIAN. 31. Pars. 31. Pars. 31.

GRATIAN. 32. Pars. 32. Pars. 32.

GRATIAN. 33. Pars. 33. Pars. 33.

GRATIAN. 34. Pars. 34. Pars. 34.

GRATIAN. 35. Pars. 35. Pars. 35.

CAUSA XIX.

SI CONTIGERIT IPSOS REGULARES CANONICOS FUISSE, UTRUM CONCEDENDUS ESSET EIS MONASTERII INGRESSUS.

QUÆSTIO III.

CANONICOS autem Regulares ad Monasterium transire multis auctoritatibus prohibetur. Unde legitur

I. IN CONCILIO EDUCENSI congregato sub Gregorio VII. [imò Edueni an. 1077. in Gallia.]

Regulares Canonici, Monachi fieri non debent.

¶ Nullus Abbas, vel Monachus Canonicos Regulares a proposito professionis Canonice revocare, & ad Monasticum habitum trahendo suscipere audeat, ut Monachi fiant, quamdiu ordinis sui Ecclesiam invenire quiverint: in qua canonicè vivendo, Deo servire, & animam suam salvare possint. Quod si temerario ausu id agere tentaverint; anathematis vinculo obligentur.

II. Item URBANUS Papa II. [c. an. 1096.]

De eodem.

¶ Mandamus, & universaliter interdiciamus, ne quis Canonicus regulariter professus, nisi (quod absit) publicè lapsus fuerit, Monachus efficiatur. Quod si decreto nostro contraire præsumens id agere tentaverit; ad ordinem Canonicum præcipimus ut redeat: & deinceps memorialem & cucullam debeat, & ultimus in choro maneat.

¶ PITH. 1. Memoriam.] In memoriale præsumptionis sue. Sic citant Anselmus Havelsburg. & Joan. de Bruxeillis, in venet. Canonibus. b memoriale sue presumptionis cucullam. Polye.

¶ SUBAUDIENDUM verò est, nisi cum patris sui licentia Religiosis propositum inducit. Unde scribit

III. URBANUS Papa II. Abbati Sancti Rufini. [imò S. Rufi an. 1096. in Gallia.]

Patris sui concessione regulares Canonici, Monachi fieri possunt.

¶ Statuimus, ne professionis Canonice quispiam, postquam Dei vice supra caput sibi hominem imposuerit, aliquis levitatis instinctu, vel districtioris religionis obtentu ex eodem claustro audeat sine patris, & totius Congregationis permissione recedere. Discedentem verò nullus Abbatum, vel Episcoporum, nullus Monachorum sine communi Literarum cautione suscipiat.

¶ CORR. ROM. & Patris, &c.] In tribus vetustis codicibus legitur, patris totius Congregationis: apud Ivo nem, sine Abbatis, totiusque Congregationis.

¶ QUERITUR, si Monasteria, quæ semel dedicata sunt, possint transire in Clericorum, vel Secularium habitacula. Quod omnibus modis prohibetur

IV. IN CALCHEDONENSI CONCILIO, c. 24. [an. 451. in Bithynia.]

Quæ semel sunt dedicata Monasteria, semper Monasteria perseverent.

¶ Quæ semel a dedicata sunt Monasteria cum consilio Episcoporum; maneat perpetuo Monasteria: & res, quæ ad ea pertinent, Monasteriis reservari oportet, nec possit ea ultra fieri secularia habitacula. Qui verò permiserint hoc fieri; subiacent his condemnationibus, quæ per Canones constitutæ sunt.

¶ CORR. ROM.] Hæc versio parum discrepat à Dionysiana, quam asserunt Burchardus & Ivo, cap. 22.

¶ PITH. 2. Quæ semel.] Hoc Caput consilium est ex Dionysiana, & altera quæ frequenter utitur Gratianus, versione.

¶ Cum.] Deest in V. C.

¶ Oportet.] Delet V. C.

V. Item IN SYNODO VII. c. 13. [an. 787. ibid.]

Qui loca sacra communia diversoria fecerit, Clericum deponatur, Laicum excommunicetur.

¶ Quoniam a quibusdam viris quedam venerabiles domus surripiuntur, tam videlicet Episcopalia, quam Monasteria, & facta sunt communia diversoria: si quidem voluerint hi, qui hæc retinent, reddere ea, ut secundum antiquitatem restituantur; bene & optime est: alioqui si de sacro catalogo fuerint; hos deponi præcipimus: si verò Monachi, vel Laici; excommunicari: quos nimirum constat condemnatos esse à Patre, & Filio, & Spiritu Sancto; & deponitur ubi veritas eorum non moritur, & igitur non extinguitur: quia voci Domini adversantur, qui dicunt: Nostre facere domum Patris mei domum negotiorum.

¶ CORR. ROM.] Initium hujus Canonis in Synodo septima ab Anastasio versa sic habet: Quoniam propter calamitatem, quæ pro peccatis nostris in Ecclesia facta est, subreptæ sunt a quibusdam viris quedam venerabiles domus, tam videlicet, &c. Ex ejus autem versionibus duo.

GRATIAN. 1. Duo Clerici ad Monasterium transire voluerant: uterque licentiam ab Episcopo suo petit: unus relicta Ecclesia propria eo invito, alter dimissa regulari Canonica Cœnobio se contulit.

¶ I. Modò queritur, si Episcopus debeat permittere, ut relicta propria Ecclesia Clericus Monasterium ingrediatur.

¶ II. Secundo queritur, si Episcopus licentiam dare noluerit, an eo invito Monasterium possit adire.

¶ III. Tertiò, si contigerit ipsos regulares Canonicos fuisse, utrum concedendus esset eis Monasterii ingressus.

AN EPISCOPUS DEBEAT PERMITTERE, UT RELICTA PROPRIA ECCLESIA CLERICUS MONASTERIUM INGRESIATUR.

QUÆSTIO I.

GRATIAN. 2. QUOD Episcopus licentiam Clericis adeundi Monasterium dare debeat, præcipitur

I. IN TOLETANO IV. CONCILIO, in quo c. 49. sic statutum legitur. [an. 633. in Hispania.]

Non debet negari ingressus Clericis, qui Monachorum propositum appetunt.

¶ Clerici, qui Monachorum propositum appetunt (quia meliorem vitam sequi cupiunt) liberos eis ab Episcopis in Monasteriis largiri oportet ingressus: nec interdicti a proposito eorum, qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.

¶ CORR. ROM. & Nec interdicti.] Hæc usque ad finem absunt a manuscriptis: sunt tamen in Concilio.

SI EPISCOPUS LICENTIAM DARE NOLUERIT, AN EO INVITO MONASTERIUM POSSIT ADIRE.

QUÆSTIO II.

GRATIAN. 3. INVITO verò Episcopo Clericum ejus a nullo esse suscipiendum, testatur, scribens

I. LEO I. Episcopus a Anastasio b Thessalonicensi Episcopo, Epist. 82. al. 84. c. 9. [an. 445. Romæ in Macedoniam.]

Invito Episcopo ejus Clericum nemo suscipiat.

¶ Alium Clericum, invito Episcopo ipsius, nemo suscipiat.

¶ SED subaudiendum est, nisi ad propositum melioris vitæ transire voluerit. Tunc enim liberum est illi, etiam Episcopo contradicente, Monasterium ingredi. Unde

II. URBANUS Papa II. in Capit. Sancti Rufini. [imò S. Rufi an. 1096. in Gallia.]

Qui Monachorum propositum appetit, etiam invito Episcopo suscipiendus est.

¶ DUÆ sunt, inquit, Leges: una publica, altera privata. Publica Lex est, quæ a sanctis Patribus, scriptis est confirmata; ut est Lex Canonum, quæ quidem propter transgressiones est tradita. Verbi gratia, Decretum est in Canonibus, Clericum non debere de suo Episcopatu ad alium transire sine Commendatitius literis sui Episcopi: quod propter Criminosos constitutum est: ne videlicet infames ab aliquo Episcopo suscipiantur persone. Solebant enim officia sua, cum non poterant in suo Episcopatu, in alieno celebrare: quod jure præceptum, & scriptis detestatum est.

¶ I. Lex verò privata est, quæ instinctu Sancti Spiritus in corde scribitur: sicut de quibusdam dicit Apostolus. Qui habent Legem Dei scriptam in cordibus suis, & alibi: Leges sunt, faciant, ipsi sibi sunt Lex. Si quis horum in Ecclesia sua sub Episcopo populum retinet, & seculariter vivit, si affatus Spiritu Sancto in aliquo Monasterio, vel regulari Canoniam salvere se voluerit; quia Lex privata ducitur, nulla ratio existit, ut a Lege publica contringat.

¶ Dignior est enim Lex privata, quam publica. Spiritus quidem Dei Lex est: & qui Spiritui Sancto possit dignè resistere? Quisquis igitur hoc Spiritui ducitur; etiam Episcopo contradicente, eat liber nostra auctoritate. Justo enim Lex non est posita: sed ubi Spiritus Dei, ibi libertas: & si Spiritui Dei ducimur, non estis sub Lege.

¶ PITH. 1. S. Rufini.] S. Rufi, diocesi, Valent. Canonici Regulares à S. Rufi Episcopo circa an. 1100. reformati. Supplem. Chron. an. 1106. jungatur c. statumini, infra ead. q. 3.

¶ Præceptis &c.] Cap. Licet, de Regularibus. & cap. 15. de sponsalibus.